Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31274
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

adipiscatur. quod non hac intentione facit ille. vel propter quod fit [illegible]
ratio. ut relaxaretur ab iniuncta pena. sed solo intuitu
caritatis. non vult ut relaxetur sed propositum habet perficere penitentiam.
si deus concesserit ei vitam. quod quia habet propositum perficiendi et
imposito non remanet quin perficiat. Si ante peracta pena
decedit et ipse episcopus hac intentione relaxat. ut in
purgatorio de pena aliquid relaxetur ei si morte preventus fuerit de pena purgatorii tantum relaxabitur quantum
in hoc seculo de pena temporali relaxatum esse videtur.

Dicunt etiam predicti **Alia heresis quod suffragia ecclesie non prosunt mortuis.**
heretici. quod orationes et suffragia eorum qui in mortalibus
peccatis sunt. animabus mortuorum non prosunt. Quoniam enim per predictam
alium qui non per prodesse sibi. oratio que fit in mortali peccato quoniam
est in habitu salutis sed autem nituntur probare variis auctoritatibus
et rationibus dicentes. Sicut qui displicet intercedit. iram iu
dicis animum ad deteriora provocat. Item qui indevo
te orat iudicium sibi postulat sed qui sibi in oratione postu
lat iudicium. quoniam alii in oratione postulat remedium.
Item oratio eius fiat in peccatum. quoniam ergo fit in salutem alio
rum. Item ille qui meretur offensam apud dominum. quod orat
quoniam peccato orat. peccatori autem dixit deus quid tu enarras iustitias meas et
assumis testamentum meum per os pollutum. Rationibus hoc idem probare conantur.
Sacerdos in mortali peccato existens. dum celebrat di
vina orat. actio illa que oratio est mala est. hac meretur
sibi penam eternam. ergo eadem non meretur alii pene relaxa
tionem. Nulla enim actione per aliquis mereri
bonum et malum. Item dicit augustinus quod illius sacerdotis
missa audienda non est. de quo indubitanter